

*a Totila (t. 552-553)
propr. l. 1. de urbe cond. l. 1.
L. 1. de urbe cond. l. 1. de urbe cond.
a vel atila (m. h. 1. p. 1.
om. ab Attila*

A. Reg. Cap. l. 1.

6/10. 10.

cedente, civitas fesulana (1). Dicitur insuper, quod a Totila flagello Dei fuit postea destructa Florentia, et melioribus auguriis rehedificata per proceres, cum ex pacto intrasset eandem multo tempore iam obsessam, necatis nobilibus in palatio quod dicebatur et hodie dicitur Capitolium: et ibidem omnibus interfectis et singulis necem ignorantibus ceterorum, iterum relevata civitas fesulana, Florentia destructa per Totilam: et urbe imperatore vacante, que vivens in peccatis obiit, ut infra legitur, a florentinis occisa.

A destructione itaque Fesularum modernis temporibus facta, victoriarum sumatur initium: cum eius occasione Florentia sumpsisset originem. Decet tamen eiusdem menia, licet omnibus fuerit manifesta, munitionesque describere, ut eius victoria iudicetur utique fatigosa. Erat enim super asperum montem sita et undique circumdata muris et saxis ultra modum appositis in eisdem, cuius opifices, cum in cor hominis ascendere non posset magisterium, dicuntur fabulose fuisse gigantes. Supereminebat enim circumstantibus locis, de lapide iactu non timens, nec de ingenio baliste. Cum autem concives eiusdem vellent cum florentinis de pari contendere, antique litis memores existentes, et mercator quidam florentinus cum suis mercimoniis per Fesulas secure transiret; est de omnibus nequiter expoliatus, occasione cuiusdam questionis que movebatur a quodam Fesulis habitante. Hac silicet occasione, et quia venientes per stratam depredari non dubitabant, bellum inceptum est inter utramque fortissimum, in quo sunt mortui plures et capti. Quibus actis, cum florentini quod gestum erat molestissimum reputarent, factum est consilium per tunc dominantes consules de processu. Unde surgens quidam nobilis, inter cetera dixit:

« Si de nobili romanorum prosapia originem sumpsimus, et ab eisdem victoriosa incrementa virtutum, decet nos patrum adherere vestigiis, ne tamquam ingrati simus gentibus in derisum, et ne blasphememur a filiis tempore procedente, nos uvas acerbas, que dentes eorum obstupuerint, dicentibus comedis. Cum igitur antiqui mali fesulani sint memores, et in excessibus audaces et prompti, a radicibus extirpare nos oportet eosdem, sicut sapiens cultor et prudens qui malum semen inutilem producentem herbam incidit, et eandem, semen eius cadens in terram ne denuo nascatur, igne comburit. Conversionem igitur ne prestolemur eorum, nisi prius de alto inregressibiliter descendentes in planum, discerint obedire. Nam digni sumus intollerabili pena et filii mendaciter nominamur, si neglexerimus ultionem: quoniam cum fuisset hedificata Florentia, ne relevaretur civitas fesulana, passi sumus eandem regioni tanto tempore superesse et appellare se liberam, que dici debet ancilla: vel se dicere quasi parem, que debet rationabiliter subiacere. Opus est igitur transire per ignem, si non reperiretur transitus aliunde, ac eos de medio tollere, qui non trepidaverunt antiquitus urbi resistere, ipsam et orbem omni tempore contempnendo ».

Cum autem placuisset populo sapientis oratio, illico a consulibus exivit edictum et preceptum factum est ab eisdem, de preparatoriis omnibus ad exercitum, et dies est itineris certa nichilominus constituta, bellicosa tamen campana sonante. Adveniente vero die certa, cum ascenderent montem qui dicitur mons Cesaris, bellum inceptum est, et non sine gravi dampno. Super ipsum florentini fixere temptoria et

(1) Queste medesime cose si possono leggere nel Malispini, cap. XV, e nel Villani, lib. I, cap. XXVIII, i quali scrivendole, mostrano di avere avuto innanzi il nostro autore.

S. Reg. Cap. l. 1.

6/10. 10. 10. 10.

6/10. 10. 10. 10.

C. Reg. l. 1.